

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regularum Philosophicarum Disputatio XII. continens Regulas XVI.  
pertinentes ad doctrinam Generis et Speciei

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

II. Dixi quantum significatur nomine ab essentia sumto, seu, quatenus totum secundum essentiam significatur. Nam dantur nomina, quæ significant totum integrale, ut officium quoddam, aut figuram, aut aggregationem partium important: qualia sunt, fistula, vena, mare &c. Totum integrale enim, quatenus huiusmodi nominibus significatur, ut non sit, non necesse est, ut omnes partes non sint, sicut e. c. fistula non est amplius, quando fracta est, etiam si partes super sint

*Regularum Philosophicarum,*

DISPUTATIO. XII.

continens

REGULAS XVI.

*pertinentes ad doctrinam*

GENERIS ET SPECIEI.

**P**Ræcedenti Disputatione primario spectavimus totum essenziale & integrale; nunc proponemus Regulas, totum universale & partes ejus, quæ subjective dicuntur, concernentes. Est autem totum universale genus respectu specierum & individuorum, ut & species respectu individuorum. Pars subjectiva est species & individuum respectu generis, ut & individuum respectu speciei.

RE-

Genus

I. Si  
I. S. 2. p  
nus, pri  
sunt eju  
nus, au  
cidente  
genus va  
luptas r  
est, bonn  
nim de o  
dicatur.

II. 3  
nus, est  
specie,  
accipi  
notion  
rialiter  
nibus.  
pradic  
non ef  
tio: sp  
pta de  
genus  
via est h  
speciei

## REGULA I.

Genus prædicatur de omnibus speciebus  
sub se contentis.

I. Si igitur, inquit Aristoteles IV. Top. c. 1. §. 2. possum fuerit, aliquid esse alicujus generis, primum respicere oportet ad ea omnia, que sunt ejusdem generis, cuius ea res est, ut videamus, an de aliquo non prædicetur: sicut in accidente fit, voluerit si quis posuerit, bonum esse genus voluptatis, videndum est, an aliqua voluptas non sit bona, hoc enim si est, manifestum est, bonum non esse genus voluptatis: genus enim de omnibus sub se contentis speciebus prædicatur.

II. Dicis: Hac propositio, Species est genus, est falsa. E. Genus non prædicatur de specie, Resp. Genus & species dupliciter accipi possunt: vel formaliter, & de ipsis notionibus generis & speciei; vel materialiter, & pro rebus substratis illis notionibus. In priori acceptione genus non prædicatur de specie, quia notio speciei non est notio generis. Hinc illa propositio: species est genus, falsa est, quia est contra de ipsis notionibus. At in posteriori genus utiq; de specie prædicatur, ut, scientia est habitus: est enim res substrata notioni speciei ipsa res substrata notioni generis, sicut

nomine ab  
secundum  
r nomina  
, ut offi  
t aggrega  
alia sunt,  
tegrale e  
inibus fi  
e est, ut o  
stula non  
iamfi par

m

I.

CIELI

primario  
& inte  
s, totum  
subjective  
en totum  
um & in  
u indivi  
ies & in  
& indivi

RE.

sicut scientia, quæ est res substrata notioni speciei, est habitus, qui est res substrata notioni generis. Sermonem autem esse Philosopho in modò citatis verbis non de notionibus, sed de rebus substratis, iade perspicuum est, quod expressè loquitur de speciebus sub genere contentis: at notio speciei non continetur sub notione generis, sed istæ notiones sunt contradictoriæ & oppositæ.

III. Porrò hîc duo notanda sunt: I. Quod, cùm quantum ad prædicationem species se habeat ad individua sub se contenta sicut genus ad ipsas species sub se contentas, & verò genus prædicetur de omnibus speciebus sub se contentis, hinc etiam species prædicetur de omnibus individuis sub se contentis. II. Quod genus etiam prædicetur de omnibus individuis. Cùm enim genus prædicetur de omnibus & singulis speciebus, species verò de omnibus individuis, necesse est, & genus prædicari de omnibus individuis. Quicquid enim prædicatur de superiori, prædicatur etiam de inferiori, ut jam videbimus.

IV. Posslet, ut hæc omnia complecteretur, Regula ita formari: *Omne superius prædicatur de omnibus inferioribus sub se contentis.* Quod quidem ex sequenti Regula meliùs intelligetur.

RE.

## REGULA II.

*Quicquid predicatur de genere, predicatur etiam de specie. Porphyrius Isagoges Cap. VII. & Aristoteles Categor. Cap. III. §. 3.*

I. Potest ista Regula generalioribus concipi verbis, nempe: *Quicquid predicatur de superiori, predicatur etiam de inferiori.* Dicitur autem hic *superius aliquo id*, quod cum latius sit, de eo predicatur in quid, sicut perspicere est ex Philippo Du Tricu *Manuduct. ad Logicam Tract. II. Part. III. Cap. I. art. IV.* Unde definitio licet in quid de definitio predicatur, ejus respectu tamen non dicitur superius quid, quia non est latior definitio. Nec differentia quoque generica est superior respectu speciei, quia non predicatur de ea in quid. Est autem superius genus respectu speciei & species respectu individuorum. Ex quo quidem sequitur, quod & ipsis individuis genus superius sit. Quicquid enim est superius superiori, est etiam superius inferiori.

II. Inquis: De genere dicitur, quod de pluribus speciebus predicatur, quod tamen ipsum de specie dici nequit: species enim non predicatur de pluribus speciebus.

III. *R.* Regulam esse intelligendam de iis, quæ competunt generi, *quoad rem substratam*, non autem de iis, quæ ipsi competunt

ut genus est, & ratione hujus notionis. Cum enim species non sit ipsa notio generis, sed solum res substrata utique notioni sint eadem, non mirum est, id, quod de genere prædicatur ratione notionis, non prædicari de specie. Dici posse de pluribus speciebus convenit generi, ut est formaliter genus, & ut significatur hæc voce generis: sicut patet de animali, cui competit prædicari posse de homine & brutis, non ex suâ naturâ, sed quia confusè, & tanquàm multis speciebus commune, cognoscitur ab intellectu, à quò quidem intellectus actu denominatio generis sumitur.

IV. Notandum autem & hoc, quod, licet Regula de prædicatione sive affirmatione loquatur, æquè tamen & valeat de negatione, nempe: *Quicquid negatur de genere sive superiori, negatur etiam, sive inferiori.*

V. Reperitur autem inter ea, quæ de superiori affirmantur vel negantur, ratione rei substrata quædam diversitas. Quædam enim affirmantur vel negantur de superiori *universaliter*, & hæc prædicantur vel negantur de omnibus inferioribus: ut, *omne animal est sentiens. Ergo & omnis homo est sentiens, & omne brutum est sentiens. Nullum animal caret vitâ. Ergo nullus homo, nullum brutum caret vitâ.* Quædam autem affirmantur vel negantur

gant  
manu  
bus; e  
gari ne  
non al  
malis  
est, ut  
duum  
autem  
mal non  
mo no  
aliis sp

VI.  
perior  
liter n  
est ver  
tum, &  
dividit  
nimal a  
fa. C

VII.  
dictum  
inferia  
nec ull  
homin  
rum di  
tit anie  
tione i  
est.

gantur tantum particulariter, & ista non affirmantur vel negantur de omnibus inferioribus; de uno tamen aliquo affirmari vel negari necesse est. Ut. *Aliquod animal latrat*, hoc non affirmatur de omnibus speciebus animalis (homo enim non latrat) necesse tamen est, ut aliqua species sit, vel aliquod individuum saltem, de quo affirmetur: affirmatur autem de cane. Sic qui dicit, *quoddam animal non est irrationalis*, verum dicit, quia homo non est irrationalis, etsi irrationale de aliis speciebus animalis non negetur.

VI. Inquis: Dantur aliqua, quæ de superiori affirmantur, & tamen nec universaliter nec particulariter: ut hæc propositio est vera: *Animal dividitur in hominem & brutum*, & tamen utraque hæc: *omne animal dividitur in hominem & brutum*, & *aliquod animal dividitur in hominem & brutum*, est falsa. Quod ergo de hisce sentiendum?

VII. R. Ista pertinent ad ea, de quibus dictum §. III. nempe de nullò prædicantur inferiori, quemadmodum nec ulla species, nec ullum individuum animalis est, quod in hominem & brutum dividatur, quia nimirum dividi in hominem & brutum, competit animali non ratione rei substractæ, sed ratione notionis, & ut universale quoddam est.

*Genus est prius specie.*

I. Philosophus *Categ. Cap. XII. §. 3.* inter diversos modos prioritatis & hunc posuit, secundum quem illud dicitur prius, à quo non recipiatur essendi consequentia. Circa quem modum Fonseca *IV. Metaph. cap. I. q. I. §. III.* distinguit & dicit, duobus modis posse ab uno ad alterum non recipiari consequentiam: uno quoad predicationem, nempe si de quâcunque re alterum dicitur, dicatur ipsum, non tamen vice versâ; & illud, à quo sic non recipiatur consequentia, concedit esse prius, sed non naturâ. Altero quoad existentiam, quod tum accidit, cum altero positò in rerû naturâ necessariò ponitur ipsum, ipsò tamen positò non necesse est poni & alterum. Hòc posteriori modò genus quoddam prius esse specie manifestum est: positò enim homine in rerum naturâ, necessariò ponitur homo animal, sed positò animali, non necessariò ponitur homo. E. animal est prius homine. Sed si vera est sententia eorum, inquit Fonseca, qui dicunt, lineas esse actus in mediâ superficie, & numerum esse verum genus numerorum, dariq; simul in rerum naturâ plures species numerorum, quarum alie sint partes aliarum, planè sequitur, non omne genus esse prius naturâ suis speciebus, illò prioris modò cum  
hinc

hinc d  
recipro  
numeri  
admodu  
secund  
linea ex  
riò, exis  
existit b  
modum  
etiam c  
cunque  
numeri  
cunque  
rius pra  
tudinis  
tudo est  
II. I  
Phys. V  
nuat du  
alteram  
Et hinc  
quando  
tia in re  
recipro  
lectu: q  
necessar  
sâ. Et l  
cie, sic  
ret: app



hæc datis perspicue sequatur, magnitudinem recipiari cum lineâ secundum existentiam. & numerum eodem modo cum binariô. Nam quemadmodum, si lineâ existit, magnitudo existit: Ita secundum hanc sententiam, si magnitudo existit, lineâ existit, eodemque modo, ut existente binariô, existit numerus, sic etiam existente numerô, existit binarius. Hæc Fonseca. Juxta priorem modum omne genus prius est specie, ut patet etiam de numerô respectu binarii: de quocunque enim dicitur binarius, de eô etiam numerus dicitur; sed non vice versâ, de quocunque numerus dicitur, de eô statim binarius prædicatur: eademque est ratio magnitudinis & lineæ. Omnis enim lineâ magnitudo est, sed non omnis magnitudo lineâ est.

II. Petrus Hurtadus de Mendozâ *disst. Phys. VIII. s. VI.* consequentiam essendi innuat duplicem: unam *essendi in rerum naturâ*, alteram *essendi in intellectu & apprehensione*. Et hinc duplicem innuit prioritatem. Unam, quando nō reciprocatur essendi consequentia in rerum naturâ; alteram, quando non reciprocatur essendi consequentia in intellectu: quando scilicet unô apprehensô aliud necessariô apprehenditur, sed non vice versâ. Et hæc ratione omne genus est prius specie, sicut iterum de numerô & binariô apparet: apprehensô enim binariô necessariô ap-

prehenditur numerus; sed apprehensio numerus non necessario apprehenditur binarius, cum binarius non ita includatur in conceptu numeri, sicut numerus includitur in conceptu binarii; eademque est ratio magnitudinis, respectu linearum.

## REGULA IV.

*Genus est latius specie. Aristoteles*

*IV. Top. cap. I. §. 9.*

I. Genus est latius speciebus singulis, five specie quolibet per se sumta: ut, animal est latius homine, & virtus latius patet quam temperantia. Speciebus vero omnibus simul sumtis genus non est latius, sed cum iis reciprocatur: ut animal cum homine & brutis.

II. Hinc colligitur, ut Aristoteles *ibid.* addit, opinabile non posse esse speciem entis, quia ens non est latius opinabili, sed opinabile potius est latius ente, cum & quod est, & quod non est, opinabile fit. Cicero i. *Tus.* vocem *ἐντελέχεια* apud Aristotelem scribit significare continuatam motionem & perennem. Hanc explicationem Ciceronis non admittit nostra Regula, quia apud Aristotelem *III. Phys. ἐντελέχεια* est genus motus. Definit enim motum per *ἐντελέχειαν* tanquam per genus, quod Aristoteles facere non potuit.

misset  
Genus  
motio  
motu,  
Vide

Specie  
tura

I. O  
aiunt  
dividu  
naturā  
solum  
talis g  
bruta  
specie  
natura  
II. S  
in h. l.  
magis  
cies; a  
Porph  
nam un  
jus n  
tioner

misset, si *ἐν τῇ ἀρχῇ* pro motione accepisset. Genus enim est latius specie. At motio, vel motio continua & perennis, non est latior motu, cum motio potius idem cum motu sit. Vide Monlorium in *quest. de ἐν τῇ ἀρχῇ*.

## REGULA V.

*Species est collectiva multorum in unam naturam, & adhuc magis genus. Porphyrius cap. de genere & specie*

§. 37.

I. Omnia Individua unius speciei conveniunt in ipsius speciei naturâ, ut, omnia individua humana in naturâ humanâ. Sed in naturâ generis conveniunt individua non solum unius speciei, sed omnium specierum talis generis: ut omnes homines & omnia bruta in naturâ animalis. Et hinc est, quod species dicitur collectiva multorum in unam naturam, genus autem magis.

II. Sed audiamus Cajetanum in *commene. in h. l.* Inquit ita: *Circa illud dictum: Genus est magis collectivum in unam naturam, quam speciei; dubitatur, quia oppositum dicere debuisset Porphyrius. Illud enim est magis in unam naturam unitivum, quod in se est magis unum, & cuius natura unitate retenta minorem distinctionem res illius natura inter se compatiuntur.*

SS 4

Sicut

Sicut illud est magis calefactivum, quod in se est magis calidum. Et à quores calefacte minus comparantur si igoris, ceteris paribus &c. Species autem in se est magis una, quam genus, quoniam species dicit naturam omninò indivisibilem formaliter, unde & atoma dicitur, genus vero naturam divisibilem importat, & similiter secundum speciem adunata minorem distinctionem, comparantur, non enim possunt distingui nisi numeraliter, qua vero in genere tantum conveniunt, formaliter distingui necesse est, magis igitur collectivum est species quam genus.

III. Post addit: Ad hoc breviter dicitur quod esse magis collectivum multarum potest dici dupliciter: Uno modo intensivè; & sic species magis est collectivum, quia magis unit adunata, ne ratio adducta probat. alio modo extensivè; & sic genus est magis collectivum, quia multa sub sua adunatione cadunt, quam sub speciei ambitu. Unde species & genus se habent, sicut Duces, quorum alter habet exercitum parvum, sed valde unanimem, alter exercitum magnum, sed diversarum factionum. Ille enim magis colligit intensivè, hic extensivè. Porphyrius autem loquebatur hic de extensiva collectione, ideo dixit, genus esse magis collectivum. Hæc Cajetanus.

Genus  
tur

I. A  
genus  
cundu  
tanqu  
rentia  
nem.  
nem (

II.  
tiner  
net g  
illis c  
fentia  
ferent  
tinet  
comp  
ris co  
nifest  
nulla  
ment  
dus lo  
dicab  
nem  
gener

## REGULA VI.

Genus continet species, at species continetur, non continent genera, Porphyrius

Isagog. cap. VIII. §. 4.

I. Atqui, inquis, potius species continet genus, & non genus species. Nam homo secundum essentiã suam continet in se animal tanquã genus, & rationale tanquã differentiam: at animal in se non continet hominem. Si enim animal in se contineret hominem seu naturam hominis, omne id, quod animal esset, homo esset.

II. R. Dupliciter potest dici, aliquid continere aliqua, *actu & potentiã*. Species continet genus & differentiam in se actu, quia ex illis componitur, & in conceptu speciei essentiali includitur conceptus generis & differentie. Hoc autem modo genus non continet species suas: nam ex specie genus non componitur, nec in conceptu essentiali generis conceptus speciei continetur: sicut manifestum est de definitione animalis, in qua nulla fit mentis hominis. Et hoc vult argumentum *s. preced.* At potentiã, & ut Durandus loquitur, *quoad ambitum continentie predicabilis* genus continet omnes suas species: nempe omnes species & differentie divisivæ generis continentur potentiã in genere, sicut

omnes formæ continentur potentiâ in materiâ primâ: quam ob causam & genus materiæ assimilatur, sicut paulò post videbimus. Quoad prædicationem etiam ambitu suo genus omnes species continet, quia de omnibus potest prædicari, & quidem directè. At hõc modò species non continet genus, partim, quia actu potiùs id continet, partim, quia non de omnibus prædicari potest, de quibus genus prædicatur.

## REGULA VII.

<sup>non</sup>  
*Genus est quid accidentarium species*  
*IV. Top. cap. I.*

I. Prædicatur enim genus de specie in quid. Quicquid autem de aliquò in quid prædicatur, id de essentiâ ejus est, & per consequens non potest esse accidentarium.

II. Colligimus hinc, comprehensionem præceptorum, vel artem sumtam pro comprehensione præceptorum, non esse genus artium, ut artis medendi, ædificandi, &c. contra Ramistas: quia comprehensio præceptorum est quid accidentale artibus, quod quidem ita probamus:

*Quicquid est de essentiâ rei, eo negata, non potest res dari.*

*At negata præceptorum comprehensione, potest dari qualibet ars.*

*E. præ*

*E. præ*  
*ti*  
Minor  
prehea  
dari ab  
Conseq  
Antace  
& form  
rectus,  
nec tar  
præcep  
eorum  
cum ea  
sunt, qu  
tem ad  
actu fo  
endum  
sitione  
concip

*Ge*

I. C  
XII. r.  
tur ge  
materi  
in Hago  
II. C

*E. praeceptorum comprehensio non est de essentia artium.*

Minor probatur: datur artifex absque comprehensione praeceptorum. E. & ars potest dari absque comprehensione praeceptorum. Consequentia patet ex loco conjugatorum. Antecedens probatur: dicitur aliquis actu & formaliter artifex, v.g. Medicus aut architectus, etiam dum dormit, comedit, ludit; nec tamen tunc actu & formaliter in ipso praecepta sunt. Tunc enim solum praeceptorumque comprehensio actu in aliquo sunt, cum ea concipiuntur, siquidem nihil aliud sunt, quam propositiones: propositiones autem actu & formaliter non sunt, nisi quando actu formantur. At quis dicat, inter dormiendum, comedendum aut ludendum propositiones artium semper ab artifice formari & concipi?

## REGULA IIX.

*Genus est ut materia, differentia ut forma.*

I. Genus est ut materia, VII. *Metaph. c. XII. t. 43.* Genus est materia ejus, cujus dicitur genus, X. *Metaph. c. XI.* Genus est simile materiae, differentia formae, ait Porphyrius in *Isagoge.*

II. Genus non est materia, nec differentia ipsa

ipsa forma: I. quia in substantiis separatis genus & differentia dantur, non autem materia & forma. II. Quia etiam in substantiis ex materiâ & formâ constantibus, nec materia nec forma prædicatur de specie, ut homo e. c. nec est corpus, (sumtâ hâc voce pro alterâ hominis parte) nec anima. At & genus & differentia prædicantur de specie. III. Quia materia & forma differunt realiter; genus autem & differentia secundum rem idem sunt, & solâ ratione distinguuntur, quemadmodum demonstrat primus Philosophus.

III. Utrumque igitur, & genus & differentia, per se est tota rei essentia, & in substantiis compositis materiam & formam simul important. Distinguuntur autem ratione, quia genus est ipsa res, seu ipsa essentia rei, quatenus concipitur ut aliis similis. Differentia autem est ipsa res, quatenus concipitur ut aliis dissimilis. V. g. quatenus hominem concipimus, ut connotat principium sentiendi, in quò brutis similis est, vocatur animal, quod est genus ejus; quatenus verò ipsum concipimus, ut connotat principium ratiocinandi, in quò est brutis dissimilis, dicitur esse rationalis, quæ est differentia ipsius specifica.

IV. Quanquam autem, sicuti demonstra-

vimus,

vimus,  
nec diff  
materia  
in hoc c  
lam hab  
formas  
rum di  
includi  
sicut ma  
nabile,  
genus e  
differen  
tam spe  
dicitur  
dicitur  
ratione  
*phys. cap.*  
*nus esse*

I. Vu  
gative  
pliciter  
pradica  
ti in en  
vera est  
rectè in  
animal  
rum na



vimus, genus non est propriè ipsa materia, nec differentia forma, est tamen illud instar materiæ, hæc, instar formæ: quæ analogia in hoc consistit, quod sicut materia ex se nullam habet formam, apta tamen est ad omnes formas suscipiendas: Ita genus nullam earum differentiarum, quibus dividitur, actu includit, aptum tamen est, eas recipere. Vel; sicut materia est quid indifferens & determinabile, quòd determinatur per formam: ita genus est quid indeterminatû & indifferens, differentia autem ipsum determinat ad certam speciem. Quod ergò *X. Metaph. cap. XII.* dicitur genus esse materia ejus, cujus genus dicitur, non propriè intelligendum est, sed ratione hujus analogiæ. Unde & *VII. Metaphys. cap. XII. r. 43.* non ait Philosophus; *Genus esse materiam*, sed esse, *ut materiam.*

## REGULA. IX.

*Negato genere, negatur species.*

I. Vulgò ita dicitur: *A genere ad speciem negativè valet consequentia.* Quod quidem dupliciter potest intelligi: I. *de existentia.* II. *de prædicatione,* sive ut genus stat locò prædicationis in enunciatione. Utròque modò Regula vera est. Nam ex eò, quod genus non existit, rectè inferitur, neque speciem existere: ut, si animal non est, nec homo, nec brutum in reum naturâ erit,

II. Quans

II. Quantum ad prædicationem; de quo negatur genus, de eodem etiam negantur species omnes. Ut: si aliquid non est animal, nec homo est, nec brutum. Secundum Zabarellam genus quinque habituum mentis ab Aristotele VI. Eth. explicatorum, est habitus principalis. Si igitur Logica e. c. non est habitus principalis, nec sapientia erit, neque intellectus, neque scientia, neque prudentia, neque ars.

III. Loquimur autem de genere & specie materialiter, sive quantum ad rem substratam. Nam sicut in aliis Regulis, ita & hinc de formali & ipsâ notione non est sermo. Et certe de quo negatur notio generis, is eo non statim esse negandam notionem speciei, manifestum est; non homo e. c. non est genus, est tamen species.

## REGULA X.

*Affirmatō genere, non affirmatur species.*  
 Porphyrius cap. IIX. §. 7.

I. Sciendum I. hoc posse intelligi vel de specie determinatè, ut de homine, vel indeterminatè seu sub disjunctione. II. Et hinc possibile esse sermonem vel de existentia, vel de prædicatione, seu, ut in enunciatione genus & species stant locò prædicati.

II. Jam dico I. *Affirmatō genere, tūm quoad*

*exte*

existenti  
 ciatione  
 sub dis  
 ut stat  
 nimal e  
 tum est  
 nimal.

III.

existenti  
 ad exi  
 aliqua  
 sequit  
 mo est  
 tō hom  
 sequit  
 est hom

IV.

affirma  
 dixi,  
 sermo  
 dicati.  
 valet c

V. E

speciem  
 do genu  
 sicut v  
 locò sub  
 aliud q  
 la plan

existentiam, tùm ut fiat locò predicati in enunciatione, affirmatur species indeterminatè, seu sub disjunctione, tùm quoad existentiam, tùm, ut fiat locò predicati in enunciatione. Ut: *Animal est in rerum naturâ. E. vel homo. vel brutum est in rerum naturâ. Hec substantia est animal. E. vel brutum est. vel homo.*

III. Dico II. *Affirmato genere, tùm quoad existentiam, tùm ut fiat loco predicati, nec quoad existentiam, nec ut fiat loco predicati species aliqua determinatè affirmari inde potest. Ut non sequitur: Animal est in rerum naturâ. E. homo est in rerum naturâ. Nam nondum creatô homine erat animal in rerum naturâ. Nec sequitur etiam: Hec substantia est animal. E. est homo.*

IV. Vulgò ita dicitur: *A genere ad speciem affirmativè non valet consequentia. Quod ut dixi, verum est, tùm quando de existentia sermo est, tùm quando genus fiat locò predicati. Quando autem fiat locò subjecti, tunc valet consequentia.*

V. Potest hoc ita declarari: *A genere ad speciem non valet consequentia affirmativè, quando genus & species ponuntur ex parte predicati; sicut vidimus; quando autem utrumque fiat locò subjecti, sive predicetur existentia, sive aliud quid, tunc valet consequentia. Et hęc Regula planè eadem cum illâ: Quicquid affirmatur*  
de

de genere, affirmatur de specie, & propterea etiam non aliter consequentia valet, quàm eodem modo, quò istam Regulam suprâ explicavimus.

## REGULA XI.

*Genus & species sunt in eodem prædicamento.*

I, Obstat I quod Aristoteles *Cap. de qual. circ. fin.* scribit, scientiam, quæ genus est, ad aliquid esse: species autem scientiæ, ut Grammaticam, Musicam, non esse ad aliquid, sed qualitates. Scientia enim est aliquid, nempe scibile scientia, Grammatica autem & Musica non est aliquid Grammatica aut Musica. Idem habetur *IV. Topic. c. IV. §. 8.*

II. Est, qui objicit, quod in definitionibus relatorum, & in universam in definitionibus accidentium in concretò sumatur genus alterius prædicamenti. Dicitur enim: *Pater est persona habens filium; Calidum est corpus habens calorem.* Ubi definita pertinent ad prædicamenta accidentium, pater e. c. ad relata, & calidum ad qualitatem: genera autem, nempe persona & corpus, substantiæ sunt.

III. Nihilominus simpliciter & sine exceptione docet Aristoteles; *genus & speciem in eodem esse prædicamento.* Ita enim scribit *IV. Top. cap. I. §. 5. Præterea videndum est, an*

NON

non in  
alteru  
nix &  
subst  
genus  
corum  
num an  
vel bon  
dem re  
portet  
Etenim  
quoque  
saliter  
genus &  
stantia  
fit qua  
piam, &  
color.  
IV.  
sunt al  
ficienti  
litates  
est, sic  
Sunt a  
muni,  
tender  
rum, q  
bile. I  
spectur

non in eadem divisione sunt genus & species, sed alterum sit substantia, alterum quale, velut nix & cygnus est substantia, album vero non est substantia, sed quale: quapropter album non est genus nivis neque cygni. Rursus scientia est in eorum numero, quæ ad aliquid referuntur, bonum autem & honestum est quale: quare bonum vel honestum non est genus scientia: quandoquidem relatorum genera ipsa quoque relata esse oportet, quemadmodum in duplo perspicere licet. Etenim multiplex, cum sit genus dupli, ipsum quoque in relatorum numero est. Et ut universaliter dicam, sub eadem divisionem oportet & genus & speciem cadere. Sive enim species sit substantia; etiam genus est substantia. Sive species sit quale quippiam; etiam genus est quale quippiam, veluti si album est quale quippiam, etiam color. Similis est aliorum ratio. Hæc Aristoteles.

IV. Quantum ad ea, quæ §. I. in contrarium sunt allata, respondeo ad i. non solum species scientia, ut Grammaticam, Musicam &c. qualitates esse, sed & scientiam, quæ earum genus est, sicuti ex cit. illo cap. de specie satis constat. Sunt autem non tantum in scientiâ in communi, sed etiam in quâlibet particulari attendenda duo: Unum est ipsa qualitas; alterum, quod refertur ad objectum, nempe scibile. Et quia vox scientiæ expressè illum respectum ad objectum significat, vocabula autem

T T

tem

tem specialia. ut Grammatica, Musica, &c. illum respectum non exprimunt, ( non enim dicitur Grammatica esse alicujus Grammatica, licet dicatur alicujus scientia, nec Musica dicitur alicujus Musica, sed alicujus scientia) ideo dixit Aristoteles, scientiam, quæ genus est, non autem Grammaticam & Musicam aliasque scientiæ species esse τῶν πρὸς τὴν, ex iis, quæ sunt ad aliquid, sive relata.

V. Præterea inquit Aristoteles: *Si idem sit quale & ad aliquid, non absurdum est, utriusque generibus ( prædicamentis ) id connumerari.* Hinc nonnulli statuere videntur, scientiam, ut respicit objectum, simpliciter esse in prædicamentò relationis, licet aliàs etiam qualitas sit. Unde dicere oportet, scientiam esse genus, Grammaticæ v.g. & Musicæ, non ut est in prædicamentò relationis, sed ut est in prædicamentò qualitatis.

VI. Alii autem distinguunt inter *Relata secundum dici*, quibus prædicamentum τῶν πρὸς τὴν non constituitur, & inter *Relata secundum esse*. Ajuntque, scientiam esse ex numero eorum, quæ secundum dici, non verò ex numero eorum, quæ secundum esse relata & prædicamentalia sunt. Unde cum Relata secundum dici non reverà pertineant ad prædicamentum relationis; sed sint in prædicamentò aliquò rerum absolutarum, (quemad-

modu  
pitu  
reverà  
simplic  
stantia  
cap. de  
eti) hi  
tò qual  
le, que  
tamen

VII.  
spuere  
se senti  
quid re  
tò Rela

VIII.  
stotelis  
hypoth  
aliquid

tribus c  
centes.  
telem

Relatio  
ipius f  
pertine  
teribus  
etis reje  
indequ

modum caput, licet respectum habeat ad capitatum, non tamen hujus respectus ratione revera in predicamento relationis est, sed simpliciter refertur ad predicamentum substantiæ, quemadmodum ex ipsò contextu *cap. de Relat.* apud Aristotelem manifestum est) hinc scientia simpliciter in predicamento qualitatis collocanda est, nec respectus ille, quem ad scibile dicit, proprie erit predicamenti Relationis.

VII. Sed hanc responsionem videntur respicere verba Aristotelis §. IV. *cit.* ubi expresse sentire videtur, scientiam non solum esse quid relativum, sed & collocari in predicamento Relationis.

IX. Responderi potest dupliciter: I. Aristotelis verba non esse absolute prolata, sed hypotheticè: si nimirum *idem sit quale & ad aliquid, non absurdum esse, id in utriusque generibus collocari.* Ita respondent Conimbricenses. Potest II. etiam responderi, Aristotelem referre scientiam ad predicamentum Relationis, non quod revera & ex propria ipsius sententiâ eo pertineat, sed quia ad id pertinet juxta definitionem Relatorum à Veteribus assignatam, quam ipse in *Cap. de Relat.* rejicit, & justò latiore esse demonstrat, indeque aliam proponit:

IX. Quantum ad alterum argumentum Scheiblerus *Top. Lib. XXX. Cap. XI.* videtur admittere, genus Patris esse *personam*, & calidi *corpus*. Sed ejus responſionem alibi examinavimus. Nos dicimus, nec *personam* Patris, nec *corpus* calidi genus esse: id quod facile perſpicere eſt ex *Reg. IIX.* ibi enim dictum eſt, genus rei eſſe totam rem, & non partem ejus, eſſeque ſolâ ratione à ſpecie diſtinctum: quod nec Scheiblerus negat. At certè corpus eſt pars calidi, & à calidò realiter differt, cum calidum præter corpus calorem, qui à corpore realiter diſtinguitur, includat. Eadem ferè eſt ratio perſonæ reſpectu patris. Dicimus igitur, *personam* Patris, & *corpus* calidi genus non eſſe. Neque ſequitur, *Pater deſinitur per personam, & calidum per corpus in caſu recto. E. perſona & corpus ſunt genera illorum deſinitorum.* Nam accidentia in concretò ſumta deſinitur per ſubjectum in caſu rectò & locò generis poſitum, jam dudum docuit Fonſeca *Inſtit. Dial. Lib. V. cap. VI.* Vide, quæ *Diſp. præced. circa Reg. VIII. §. IV. & V.* diximus. Deſinitionem calidi propoſitam tantùm eſſe nominalem, in conſeſſo eſt, & Patrem ineptè deſiniri per filium aliàs diximus; id enim jam examinare hujus loci non eſt. Vide *Diſp. ſequ. XIV. Reg. IV.*

RE-

Genus

I. Per  
monſtra  
eſſe gen  
narum M  
Genus ſig  
naturis p  
ſus, & eſ  
ſpecies.  
entia gen  
jectum a  
qua ſit p  
ſica, Phy  
II. R  
ſam à na  
telligi: i  
actu inte  
verſa in  
à ſpecie  
diverſa ſ  
III. H  
cundò n  
verſam à  
nõn diſſ  
ſpeciebu  
ratim ex



## REGULA XII.

*Genus significat naturam quandam diversam à speciebus.*

I. Pererius *Lib. I. de Philosophia Cap. VI.* demonstratur, scientiam speculativam non esse genus Metaphysicæ, Physicæ & disciplinarum Mathematicarum, ita argumentatur: *Genus significat naturam quandam diversam à naturis specierum, & habet proprietates diversas, & est prius & universalius, quàm qualibet species. At non existit speculativa aliqua scientia generalis, divisa ab illis tribus, habens subiectum diversum, principia item & passiones, & quæ sit prior & universalior, quàm Metaphysica, Physica, & scientia Mathematica.*

II. Resp. Genus habere naturam diversam à naturis specierum potest tripliciter intelligi: I. quod sit diversa in se, & præclusò actu intellectus. II. Quod non sit tantùm diversa in se, sed & divisa ac separatim existens à speciebus. III. Quod ratione distincta & diversa sit.

III. His præmissis dicimus: primò & secundò modò genus non habere naturam diversam à naturis specierum: siquidem genus nō distinguitur in se, & secundùm rem à speciebus: multò minus divisum est, & separatim existit à naturis specierum. Habet igitur

TT 3

tur

RE-

tur tertio tantum modo genus quodammodo naturam à naturis specierum diversam, quatenus, licet secundum rem & in se eadem sit natura eorum, conceptus tamen formalis in animo, qui repræsentat rem, ut significatur nomine generis, non est simpliciter idem cum eo, qui repræsentat eam, ut significatur nomine speciei: non, quod contradistinguantur illi conceptus formales sicut, contradistinguuntur conceptus formales generis & differentia, sed quod conceptus speciei includat simul conceptum generis & differentia, conceptus autem generis, in quantum genus est, abstrahitur sive præscinditur à conceptu speciei, ut species est: quem, admodum e. c. natura hominis, ut homo est, repræsentatur hoc conceptu complexo: *corpus vivens, sentiens & rationale*; animal autem, ut animal est, repræsentatur hoc solum, *corpus vivens & sentiens*, & propterea conceptus animalis, ut animal est, præscinditur à conceptu hominis, ut homo est, quia eum non includit.

IV. Quod porro Pererius dicit, *genus habere proprietates diversas*, etiam non ita intelligendum est, quasi habeat proprietates seorsim & extra species ipsi competentes, aut quod proprietates generis non competant speciebus; sed ita, quod, cum proprietates generis cum genere recipiuntur, non reci-

pro

procedit  
ipso ge  
sint: qu  
cum sp  
cum ge  
ris prop  
us dicit  
qualibet  
III. & 1

V.  
mum.  
se sub  
buit si  
non sign  
turis sp  
scientiis  
gamus  
ex illis  
signific  
res sibi  
constat  
natura  
Physica  
turis;  
quam  
bruti:  
propri  
versali  
prior,

procentur verò cum singulis speciebus, hoc ipso generis, & non specierum proprietates sunt: quemadmodum proprietates specierum cum speciebus recipiuntur, non autem cum genere, indeque specierum, & non generis proprietates sunt. Quod autem Pererius dicit, *genus esse prius & universalius quàm qualibet species*, de eò jam supra egimus Reg. III. & IV.

V. Jam consideremus Pererii Syllogismum. Dicimus, ipsum non rectè subsumsisse sub propositione Majore. Ita enim debuit fieri subsumptio: *Scientia contemplativa non significat naturam quandam diversam à naturis specierum, Metaphysicà scilicet, Physicà, & scientiis Mathematicis*. At hanc minorem negamus, si, ut debet, intelligitur tertio modo ex illis, de quibus §. II. & III. Natura n. quam significat scientia contemplativa, est, quod res sibi subjectas doceat tantum scire, sicut constat ex ipso Pererio *Cap. II. Lib. vii.* At hæc natura ratione distincta est à Metaphysicâ, Physicâ & scientiarum Mathematicarum naturis; ab iis abstrahitur, & tam diversa est quàm natura animalis à naturâ hominis & bruti; habet etiam proprietates diversas à proprietatibus illarum disciplinarum, universalior est, cum de singulis prædicetur: est prior, cum à scientiâ contemplativâ ad species

istas non reciprocetur essendi consequentia. Sequitur enim; *Physica est. E. est scientia contemplativa.* Sed non sequitur; *Est scientia contemplativa. E. est Physica.*

VI. Neque verò ulla est consequentia: Non existit aliqua scientia contemplativa generalis, divisa ab illis tribus disciplinis, quæ est assumptio Pererii. *E. scientia contemplativa non habet naturam diversam à naturis trium illarum disciplinarum.* I. Quia consequens non aliter debet intelligi, quàm tertio illò modò ex illis, de quibus §. II & III. Antecedens autem loquitur expressè non de naturâ ratione diversâ à naturis specierum, sed de divisâ, & consequenter diversâ, ut seorsim existat, Ex quò perspicitur, Pererium Majorem suam, propositionem intelligere in primò & secundò sensu, de quibus §. II, quò modò quidem à nobis eam non concedi ex §. III. constat. II. Quia quæstio est de *scientia contemplativa, an sit genus?* & sic conceptum est consequens; sed antecedens loquitur de *aliqua scientia contemplativa.* Conceditur, non dari aliquam scientiam contemplativam, quæ sit genus illarum trium; sed hoc quæritur: *an scientia contemplativa sit genus?* Quemadmodum non datur aliquod animal generale, quod habeat naturam divisam ab homine & brutò, & sic eorum genus; interim animal habet

habet u  
sam à na  
aliquò r  
& bruti  
templati  
aut aliq  
scientia  
tur pers  
proposi  
contemp  
nuntur  
ra: quæ  
tionum

Tota

I. Ut  
id, quo  
voluit.

Tota

sp

Sed

no

ca

m

o

p

E. sc

habet naturam ratione distinctam & præcisi-  
sam à naturis hominis & bruti, & propterea  
aliquò modò diversam, & est genus hominis  
& bruti. Quando dico: *Aligua scientia con-*  
*templativa est genus trium illarum scientiarum,*  
aut *aliquod animal est genus hominis & bruti;*  
scientia & animal sumuntur seu supponun-  
tur *personaliter*, & quidem *disjunctivè*, & sunt  
propositiones falsæ. At cum dico: *Scientia*  
*contemplativa est genus, animal est genus,* suppo-  
nuntur *simpliciter* & sunt propositiones ve-  
ræ: quæ facilè capit, cui doctrina supposi-  
tionum nota est.

## REGULA XIII.

*Tota natura generis continetur in quâ-  
libet specie.*

I. Utitur & hõc Pererius ad probandum  
id, quod propositione præcedenti probare  
voluit. Ita enim argumentatur:

*Tota natura generis continetur in qualibet  
specie.*

*Sed universa cognitio speculativa non conti-  
netur in unaquaque scientia. Metaphysi-  
ca nimirum, Physica & disciplinis Mathe-  
maticis: alioquin quælibet specularetur  
omne ens, vel omnes res, quæ cadere  
possunt sub speculativam.*

*E. scientia contemplativa non est genus earum.*

TT 5

II. Nos

II. Nos notamus I. Regulam non loqui de naturâ generis *formaliter sumti*, sive, ut *genus est*, & significatur hâc nozione generis: Nam natura generis ita sumti nihil aliud est, quàm aliquid posse prædicari in quid de omnibus speciebus sub se contentis; at hæc natura non competit speciei, aut ipsi inest, quia nulla species prædicatur de omnibus speciebus sub genere contentis, sicut manifestum est. Loquitur ergò Regula de genere materialiter seu pro re substratâ sumto, & sic ejus veritas jam patet ex Reg. VI. VIII. & præced. Ita tota natura animalis continetur in homine, tota in leone, & cæteris.

III. II. Notamus, aliud esse dicere tota natura scientia contemplativa, aliud *universa scientia seu cognitio contemplativa*. Prius importat omnia prædicata, quæ ad essentiam scientiæ contemplativæ requiruntur: quemadmodum tota natura animalis est *corpus animatum sentiens*, quia hæc omnia prædicata essentiam animalis complect: unde tota natura animalis continetur in homine, quia hoc totum *corpus animatum sentiens* in homine reperitur, & de eò prædicatur. Tota natura scientiæ contemplativæ juxta Pererium, ut præced. Reg. vidimus, est, quod sit scientia talis, quæ res subjectas doceat tantùm scire. At hæc tota natura competit cuilibet scientiæ

aiz

tiz: nar  
tummo  
discipli  
nempè  
impor  
omniur  
quòcur  
dente.  
cognit  
unâqu  
probat  
laretur  
tes. Ita  
ri, ali  
ris con  
coloris  
in albe  
coloris  
IV.  
Pereri  
v.g. sci  
tio su  
eum de  
entia,  
fescen  
funit  
netur  
na Per  
& præ

iz: nam Physica docet res sibi subjectas tantummodo scire; similiter & Metaphysica, & disciplina Mathematicæ. Posterius autem, nempe *universa scientia seu cognitio speculativa* importat extensionem & aggregationem, omnium notitiarum contemplatarum de quocunque objecto sub speculationem cadente. Quod jam dicit Pererius, universam cognitionem speculativam non contineri in unâquâque scientiâ, verum est, idque rectè probat inde, quod altoquin qualibet specularetur omnes res sub speculationem cadentes. Ita aliud est, si dicam: *Tota natura coloris, aliud universus color.* Tota natura coloris continetur in albedine, & qualibet specie coloris; sed universus color non continetur in albedine, quia in eâ nigredo & aliz species coloris non continentur.

IV. Patet ergò, vehementer hallucinari Pererium, dum hæc duo: *Tota natura generis* v.g. scientiæ contemplativæ & *universa cognitio sive scientia contemplativa* confundit, & cum debuerat ita subsumere: *Tota natura scientiæ, contemplativa non continetur in quâlibet scientiâ*, quod quidem falsum fuisset, ita subsumit: *Universa cognitio speculativa non continetur in quâlibet scientiâ.* Et certè si doctrina Pererii & ratio argumentandi, quàm in hæc & præced. Reg. proposuimus, vera & legitima

ma esset, nullum omninò daretur genus in  
ullâ re, sed natura generis & specierum planè  
tolleretur.

## REGULA XIV.

*Nulla species habet aliquid, quod repugnet  
generi. Ex IV. Top. cap. III.*

§. 1.

I. Rationem dat Aristoteles, quia nimirum si aliquid competeret speciei, quod repugnet generi, cum genus necessario & perpetuò insit speciei, contraria sive repugnantia essent in eodem. Congregatio igitur e. c. non est genus generationis, quia aliqua generatio fit segregatione, quæ segregatio est contraria congregationi: quando enim ex aquâ generatur aër, fit separatio & segregatio partium aquæ.

II. Dicunt nonnulli, intelligendum id esse de eo, quod per se fit, existimantes, per accidens posse aliquid competere speciei, quod generi repugnet: quemadmodum in animalibus ex putridâ materiâ genitis fit defectus, ratione cuius non possit potentia generandi, quæ ipsi competit, ut animantia sunt, traduci in actum, quâ de re vide Zabarellam de facult. anima Cap. XI.

III. Verùm cum, ut contraria seu repugnantia prædicentur de eodem, nec per se  
nec

nec pe  
per ac  
quod  
tu an  
rum a  
non re  
anima  
re suas  
turâ, l  
specie  
tiam i  
quod  
bus &  
riò cor  
anima  
mninò  
sopho

Neceff

I. A  
genus,  
Item:  
contra  
quo aff  
quam

II.  
midia



nec per accidens fieri possit, nec per se, nec per accidens potest aliquid inesse speciei, quod generi repugnet. Quod autem de defectu animalium ex putri materiâ generatorum affertur, non obstat, quia defectus ille non repugnat animali, cum non sit de naturâ animalis, ut potentia generandi possit edere suas operationes. Si enim esset de ejus naturâ, hoc ipsô omninô necesse esset, ut omnes species animalis & omnia individua potentiam illam in actum traducere possent, cum quod de naturâ generis est, omnibus speciebus & individuis sub illô contentis necessariô competat. Taceo, quod ipse Zabarella animalibus ex putri materiâ genitis non omninô deneget actum generandi, ex Philo-  
sopho *I. de generat. animalium.*

## REGULA XV.

*Necesse est id, quod generis est particeps, esse alicujus speciei particeps.*

I. Aliter ita dicitur: *Quicquid sibi præscribit genus, præscribit sibi aliquam specierum ejus. Item: Quicquid continetur sub genere, etiam continetur sub aliqua specierum ejus. Vel: De quo affirmatur genus, de eo etiam speciem aliquam affirmari necesse est.*

II. Objicis I. Scutum, cujus una pars dimidia est alba, altera nigra est sub genere. *Est enim*

enim coloratum) sub nullâ tamen specie coloris aut colorati est: quia nec album est, nec nigrum, neque medium aliquem colorem participat. II. Homo sibi præscribit genus, nempe animal, h. e. continetur sub animali tanquam genere. Homo autem non sibi præscribit aliquam speciem, h. e. non continetur sub aliquâ specie animalis, quæ nam enim illa species animalis, sub quâ homo continetur? Non certè continetur sub brutò; ut patet; neque sub homine, quia nihil continetur sub seipsò; neque alia datur species animalis. E. aliquid, quod præscribit sibi genus, nullam sibi præscribit speciem illius generis.

III. B. Bifariam contineri aliquid sub genere: I. tanquam sub genere suo, h. e. tanquam inferius sub superiori: ut Petrus sub animali, & hic color sub colore. II. tanquam denominatum sub denominativò, ut seivum sub coloratò. Quod continetur sub genere prioris modò, continetur sub aliquâ ejus specie: sicut quia Petrus est animal, ideo vel hominem vel brutum eum esse necesse est: & quia hic color est color, ideo vel albedo est, vel nigredo, vel alterius speciei color. At quòd continetur sub genere posteriori modò, id, licet sæpè fiat, ut sub unâ aliquâ contineatur ejus specie: sicut charta, quæ alba est, continetur sub colorato, tanquam denominatum

(sub

sub de  
Charta  
tinetur  
sub alb  
modu  
fed fut  
neatur  
tum in  
& secu  
sionen  
Qu. L

V.

nem n  
monit  
nigro  
contir  
quàm  
quàm  
tamen  
lorati

VI.

ratum  
vel in  
colorat  
hoc col  
sub co  
ri. Ve  
colorat  
quæ e

sub denominativò, ( Prædicatio enim ista : *Charta est colorata*, est denominativa ) & continetur etiã sub unâ specie colorati, nempe sub albò; id tamen necesse non est, quemadmodum probat argumentum §. II. primò sed sufficit, si sub pluribus speciebus contineatur secundùm quid : quemadmodum seu tum in positò casu secundùm quid album est, & secundùm quid nigrum. Quam responsionem suggerit nobis Scotus *sup. Lib. Elencho. Qu. LIV.*

V. Verùm dicat aliquis: Hanc responsionem non posse consistere, propterea, quod si monstrato illo setuo ex parte albo & ex parte nigro, dicam: *Hoc coloratum est coloratum*, & continetur hoc coloratum sub colorato, tanquã inferius sub superiori, sed non tanquã denominatum sub denominativo, nec tamen continetur sub unâ aliquâ specie colorati.

VI. R. Cùm dico: *Hoc coloratum est coloratum*, potest prædicatio dupliciter intelligi: vel in sensu compositò, seu ita, ut terminus *hoc coloratum* sumatur formaliter, nempe *ut est hoc coloratum*; & sic concedo, ipsum contineri sub colorato, tanquã inferius sub superiori. Vel in sensu divisò, seu ita, ut terminus *hoc coloratum* sumatur materialiter, nempe pro re, quæ est colorata: & sic continetur sub colorato.

loſatō tanquāmdenominatum ſub denomi-  
nativo, prædicatur enim coloratum de re,  
quæ eſt colorata, (ut de chartâ vel ſcutō.) de-  
nominativè. Reſpondere ergò poſſumus, id,  
quod dictū fuit de eò, quod ſub genere conti-  
netur, tanquāmdenominatum ſub denomi-  
nativò, accipiendum etiam eſſe de eò, quod  
licet in ſenſu compoſito ſive formaliter con-  
tineatur ſub genere, ut inferius ſub ſuperiori,  
in diviſō tamen ſive quoad materiale, conti-  
neatur ſub eo, tanquam denominatum ſub  
denominativo.

VII. Dico autem ulterius, Regulam ita eſſe  
intelligendam: *Quicquid continetur ſub gene-  
re, continetur etiam ſub ſpecie, niſi ſit ipſa ſpecies,  
in quam genus prima & immediata diviſione di-  
viditur.* Quam quidem limitationem ipſe  
Philoſophus expreſſè habet, cum dicit: *Fieri  
nequit, ut generis ſit particeps, quod nullius  
ſpeciei eſt particeps, niſi forſan ſit aliqua illarum  
ſpecierum, qua in prima diviſione generis po-  
nuntur, hæc enim ſolum genus participat.*

IX. Conceditur igitur, quod continetur  
genere, non contineri ſub aliqua ejus ſpecie, nem-  
pe illud, quod eſt ipſa ſpecies immediatè generi  
ſubjacens. Et hoc ſolum probat argumentum  
ſecundum §. II. quia homo, qui præſcribit  
ſibi genus, nempe animal, eſt ſpecies imme-  
diatè ei generi ſubjecta. Prima enim diviſio

ne

D  
ne anim  
Hòc erg  
continet  
continet  
ſpecies a  
IX.  
genere,  
ſpecie, n  
diatè ſub  
nimirū  
nere, ve  
tali gen  
ſufficient  
dandas,

Genus  
F

1. Q  
prædicari  
Statuunt  
quiti, ut  
catur, a  
concept  
enim un  
eſſe anal  
quemad  
cidente  
lūm, ſed

ne animal in hominem & bestiam dividitur. Hęc ergo modò Regula fit universalis: *Quod continetur sub genere, ut inferius sub superiori, continetur sub aliquà ejus specie, vel ipsum est species immediatè tali generi subiecta.*

IX. Si igitur ponatur, aliquid esse sub genere, quod tamen non sit sub aliquà ejus specie, nec ipsum sit aliqua species ipsi immediatè subiecta, alterum horum esse, necesse est, nimirum, vel id non esse reverà sub tali genere, vel, si firmiter probatum fuerit, esse sub tali genere, species illius generis non esse sufficienter enumeratas, sed plures esse dandas.

## REGULA XVI.

*Genus predicatur de speciebus aequaliter.*

Porphyrius *Isagog. Cap. IX.*

§. 2.

I. Quibusdam aequaliter predicari hęc est predicari absque dependentià unus ab alterò. Statuunt n. ad hoc, ut aliquid univocum sit, requiri, ut ne unum illorum, de quibus predicatur, ab altero dependeat in participandò conceptu ejus rei, quæ univoca statuitur. Si enim unum ab alterò dependeat, dicunt esse analogum, aut commune *αὐτὸς ἢ διὰ τὸ εἶναι*, quemadmodum licet ens de substantià & accidente predicetur, non secundùm nomen solidum, sed etiam juxta rationem nomine entis signi-

VV.

signi,

significatam, tamen ens non univocum esse, sed commune *ap' évōs*, cū accidens sit ens per dependentiam à substantiâ. Hinc jam inferunt, cū omne genus sit univocum, debere illud prædicari de pluribus æqualiter, id est absque dependentiâ unius ab altero: sicut animal, ut est in homine, non dependet à brutō, & ut est in brutō, non dependet ab homine: quod vel inde apparet, quod homo esse posset in rerum naturâ, etsi nullum brutum esset, & brutum esse posset, etsi nullus homo esset.

II. Pro hâc sententiâ videtur militare, quod habet Aristoteles *in cap. de modis simul* ea (dicens) quæ ex eodem genere in divisione sibi invicem opponuntur, esse naturâ simul. Atqui species immediatè unum genus respicientes, ex eodem genere in divisione sibi invicem opponuntur: ut albedo & nigredo, in quas color dividitur. Sunt igitur naturâ simul. Quod si naturâ simul sunt, non potest una ab alterâ dependere in participando genere.

III. Hanc tamen sententiam Cajetanus *Cap. I. Antepred.* improbat; & ex professione contra eam disputat Petr. Hurt. de Mendozâ *disp. Log. IX. s. IV. subf. IV.* existimans, dependentiam illam non tollere univocationem, & posse aliquid esse genus aliquorum, etsi eorum

rum unum  
depende  
tur genu  
nihilomi  
qualitati  
Nobis jam  
animus n  
do ipse P  
IV. Illu  
qua partic  
autem non  
missionem  
generum n  
Porphyri  
speciebus,  
illis cum di  
magis est in  
V. Dici  
hoc. E. est  
per negat  
nem esse p  
est, ipsum  
habere per  
animal co  
stitutione  
determin  
sub

rum unum ab altero in participandò genere  
dependeat: quemadmodum qualitas statui-  
tur genus potentia naturalis & habitus, cum  
nihilominus habitus in participandâ naturâ  
qualitatis, à potentiâ naturali dependeat.  
Nobis jam de hisce sententiis iudicium ferre,  
animus non est. Videbimus potius, quomo-  
do ipse Porphyrius Regulam intelligat.

IV. Ille *cap X §. 3. Ac genus quidem, inquit,  
quæ participant, equaliter participant, accidens  
autem non equaliter, quoniam intensiorem & re-  
missionem recipit participatio accidentium,  
generum non item.* Ex quibus perspicitur, cum  
Porphyrius dicit, *genus predicari equaliter de  
speciebus, sensum esse, quod non predicetur de  
illis cum diversitate graduum, ita ut uni convenias  
magis & intensè, alteri minus & remissè.*

V. Dicit: *Homo est perfectius animal, quàm  
bos. E. est magis animal.* Respondet Tataretus  
super negationem consequentiæ: quia homi-  
nem esse perfectius animal, quàm bos, non  
est, ipsum magis esse animal, sed est, ipsum  
habere perfectiorem differentiam, per quam  
animal contrahitur & determinatur ad con-  
stitutionem hominis, quàm sit illa, per quam  
determinatur ad bovem. Vide Tataretum

*sub fin. Lib. predic. ibi. 4. scien-  
dum.*